

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica et de disciplina Sacramentorum  
editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum

Mensile - sped. abb. Postale - 50% Roma

Tipografia Vaticana

IOANNES PAULUS PP. II .....	3-9
<i>Allocutiones</i> : Il battesimo, primo e fondamentale sacramento della Chiesa (3-4); Consécration et mission du prêtre (5-6); Paroisse et pastorale liturgique (6-8); Il sacerdote, amministratore dei misteri di Dio (8-9)	
CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM	
<i>Visite «ad limina»</i> .....	10-17
<i>Summarium decretorum</i> .....	18-30
<i>Responsa ad dubia proposita</i> .....	31
ALIA DICASTERIA	
<i>Conseil Pontifical pour la Famille</i> : Preparation au sacrament de mariage .....	32-49
STUDIA	
La acción pastoral hacia personas que tienen un status familiar irregular († Jorge Medina Estévez) .....	50-71
Cristo è l'altare. Considerazioni sulla tematica cristologica nell'«Ordo Dedicacionis Ecclesiae et Altaris» (Giuseppe Ferraro S.I.) .....	72-86
A Carolingian Lyonesse Codex with a Collection of Creeds (Anthony Ward, S.M.) .....	87-104
CHRONICA	
Italia: I Convegno liturgico per seminaristi italiani .....	105-109
BIBLIOGRAPHICA	
Libri ad redactionem missi .....	110-112

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

# notitiae

1997 - VOL. XXXIII

CITTÀ DEL VATICANO

**Siostry Niepokalanego Poczecia Najswietszej Maryi Panny:** liturgicae celebrationes conceduntur in honorem novae Beatae Marcellinae Darowska, *fundatricis* (28 sept. 1996, Prot. 1553/96/L).

**Siedlce, Polonia:** liturgicae celebrationes conceduntur in honorem novi Beati Vincentii Lewoniuk et Sociorum, *martyrum* (30 sept. 1996, Prot. 1204/96/L).

**Fratelli Cristiani:** liturgicae celebrationes conceduntur in honorem novi Beati Edmundi Rice (1 oct. 1996, Prot. 1216/96/L).

**Nuova Zelanda:** conceditur usus textus Precis Eucharisticae pro surdis et mutis, iam probati pro Dioecibus Angliae et Cambriae (2 oct. 1996, Prot. 1638/94/L).

**San Justo, Argentina:** conceditur ut oratorium in eadem Dioecesi exstans Deo dedicari valeat in honorem Beatae Laurae Vicuña, *virginis* (2 oct. 1996, Prot. 1682/96/L).

**Dunedin, Nuova Zelanda:** conceditur ut nova ecclesia loci v.d. «Balclutha» Deo dedicari valeat in honorem Beatae Mariae Helenae MacKillop, *virginis* (12 nov. 1996, Prot. 1926/96/L).

**Religiosas Franciscanas Misioneras de la Madre del Divino Pastor:** liturgicae celebrationes conceduntur in honorem novae Beatae Mariae Annae Mogas Fontcuberta, *virginis* et *fundatricis* (22 nov. 1996, Prot. 1565/96/L).

**Innsbruck, Austria:** liturgicae celebrationes conceduntur in honorem novi Beati Ottonis Neururer, *presbyteri* et *martyris* (23 nov. 1996, Prot. 1271/96/L).

**Bologna, Italia:** liturgicae celebrationes conceduntur in honorem novi Beati Bartholomaei Mariae Dal Monte, *presbyteri* (2 dec. 1996, Prot. 441/96/L).

**Kurunegala, Sri Lanka:** conceditur ut nova ecclesia loci v.d. «Moona-maldeniya» in paroecia v.d. «Kadawalagedera» Deo dedicari valeat in honorem Beati Iosephi Vaz, *presbyteri* (6 dic. 1996, Prot. 2273/96/L).

*Ad quaestiones Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum positas hic proponuntur praesertim ea quae in variis documentis circa rem ipsam inveniuntur.*

1. QUAENAM SUNT DISPOSITIONES QUAE AD CLAVEM TABERNACULI CUSTODIENDAM ATTINENT

Ritus, qui inscribuntur *De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam*, die 21 iunii 1973 promulgati declarant: «Clavis tabernaculi, in quo sanctissima Eucharistia asservatur, diligentissime custodiri debet a sacerdote qui ecclesiae vel oratorii curam habet, vel a ministro extraordinario cui facultas distribuendi sacram communionem data est» (n. 10). Similiter CIC, *can.* 938, § 5 statuit: «Qui ecclesiae vel oratorii curam habet, prospiciat ut clavis tabernaculi, in quo sanctissima Eucharistia asservatur, diligentissime custodiatur».

2. UBI CALIX NECNON VASA SACRA PURIFICARI DEBENT?

De loco ubi calix purificari debet, servetur quae *Institutio Generalis Missalis Romani* explanat: «[Diaconus post Communionem] calicem ad abacum transfert, ibique ipse vel acolythus purificat atque absterget et de more componit» (n. 204). Similiter in n. 206 *Institutionis* legimus et n. 165 *Caeremonialis Episcoporum*, quod hoc in casu dicit: «Distributione Communionis expleta... diaconus vel unus e concelebrantibus... ad abacum purificat patenam vel pyxidem super calicem antequam calix purificetur».